Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Matth

Et deridebat eum. Et ai eiecta fuisset turba intrauit et tenuit manum eius
et dixit puelle surge. Et surrexit puella. et exiit fama hui-
uersam terram illam. Et transeunte iesu inde sequti sunt eum duo
ceci clamantes et dicentes. Miserere nri fili dauid. Cum autem uenisset
domum accesserunt ad eum ceci et dixit eis ihesus. Creditis. q hoc pos-
sum facere uobis. Dicunt ei. utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens
secundum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus
est eis iesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes dispa-
uerunt eum p totam terram illam. Egressis autem illis. ecce obtulerunt
ei hominem mutum demonium habentem. et eiecto demonio locutus est mutus
Et mirati sunt turbe dicentes. Nunquam apparuit sic in israhel. Pha-
risei autem dicebant. In principe demoniorum eiicit demonia. Et circu-
bat iesus ciuitates omnes et castella. docens in synagogis eorum
et predicans euangelium regni et curans omnem languorem et omnem infir-
Videns autem iesus turbas. misertus est eis q erant vexati et ia-
centes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit ihesus disci-
pulis suis. Messis quidem multa. operarii uero pauci. Rogate autem
dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Qui cum

X.

Et conuocasset duodecim discipulos suos dedit eis potes-
tatem spiritum immundorum ut eicerent eos. Et curarent omnem languorem
et omnem infirmitatem. Duodecim autem apostolorum nomina sunt hec.
Primus qui dicitur petrus et andreas frater eius. philippus et bartho-
lomeus. et iacobus zebedei et johannes frater eius. Thomas
et matheus publicanus. iacobus alphei. Thadeus Simon
cananeus et iudas scariothis qui tradidit eum. Hos duodecim mis-
it iesus precipiens eis et dicens. In uiam gentium ne abieritis. et in
ciuitates samaritanorum ne intraueritis. sed potius ite ad oues que pe-
rierunt domus israhel. Euntes autem predicate dicentes. q appropiauit
regnum celorum. infirmos curate. leprosos mundate. mortuos
suscitate. leprosos mundate. demones eiicite. gratis accepistis gratis
date. Nolite possidere aurum nec argentum nec pecuniam in zonis
vestris. non peram in uia. nec duas tunicas. nec calceamenta. nec virgam
Dignus enim operarius cibo suo. In quamcumque ciuitatem aut castellum
intraueritis. interrogate quis in ea dignus sit. et ibi manete donec exeatis. Inten-